BIBLIA LATINA (TEILBIBEL)
Österreich, Anfang 13. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



consistens: qui respicit pfenestras eius et inianuis illius audiens: qui requiescit
iuxta domum illius: et in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manum
illius et requiescent in casula eius bona peruum. Statuet filios eius sub tegmine illius
et sub ramis illius morabitur. Protegetur sub tegmine illius a feruore: et in gla eius
requiescet. Qui timet deum faciet illud. et qui continens est iusticie apphen
det illam: et obuiauit illi quasi mater honorificata: et quasi mulier a uirgini
tate suscipiet illum. Cibabit illum pane uite et intellectus et aqua sapientie
salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum
et non confundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio ecclesie
aperuit os eius et implebit illum spiritu sapientie et intellectus: et stola glorie
uestiet illum. Iocunditatem et exultationem thesaurizabit super illum: et nomi
ne eterno hereditabit illum. Homines stulti non apphendent illam: et homines
sensati obuiabunt illi. Homines stulti: non uidebunt illam. Longe enim abest a super
bia et dolo. Viri mendaces non erunt illius memores. et uiri ueraces inueniuntur
in illa: et successum habebunt usque ad inspectionem dei. Non est speciosa laus in ore
peccatoris: quomodo adeo pfecta est sapientia. Sapientie enim dei astabit laus. et in
ore fideli habundabit: et dnator dabit eam illi. Non dixeris per deum abest: que
odit enim ne feceris. Non dicas: ille me inplanauit. Non enim necessarium est illi ho
mines impii. Omne exsecramentum erroris odit dns: et non erit amabile timen
tibus deum. Deus ab inicio constituit hominem. et reliquit illum in manu consi
lii sui: adiecit mandata et precepta sua. Si uolueris conseruare mandata con
seruabunt te. et in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam et ignem: ad
quod uoles porrige manum tuam. Ante hominem uita et mors: bonum et malum.
Quod placuerit ei dabitur illi: quomodo multa sapientia dei et fortis in potentia
uidens omnis sine intermissione. Oculi dni ad timentes eum: et ipse agnoscet omnia
opera hominis. Nemini mandauit impie agere: et nemini dedit sapientiam
peccandi. Non enim concupiscit in multitudine filiorum infidelium et inutilium.
Et iocunderis in filiis impiis: si multiplicentur. De filiis impiis.